



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

25. Abscondisti hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39546

106 ANTIDOTA EVANG.
tidianam omnium etiam in hac vita iustorum
poenitentiam, grauiorem illam & magnis pecca-
toribus necessariam, qualem hic Christus descri-
bit, eludere vult. Subiungit nihilominus, ex-
tiorem istam poenitentiae professionem in facco & cinere,
tunc locum habere, quem ex graui aliqua defectione ad Deum
se homines conuertunt. Quibus in verbis videre po-
tuit, que de poenitentia quotidiana prius exceptit,
nihil prorsus ad Iocum praesentem facere. Sed
ambiguus & vafer hereticus nec tacere potuit
quod liquida rei veritas illi extorfit, nec dicere
tamen voluit quod tota veritas dicendum postu-
lauit, aut a suis inspergendis fallacijs ac venenis
abstinere. Pessime quippe illum hic locus habuit
vbi poenitentia describitur, non in sola vita
mutatione aut qualibet anteactae vitae displicen-
tia, sed in cilicio & cinere, id est, in graui & luctuosa
& laboriosa pro peccatis satisfactione, durisque
& acerbis poenitentiæ fructibus.

25. Abscondisti hec à sapientibus, & revelasti ea pa-
uulis.

QVM haec Christi verba de superbris &
de humilibus doctissimi in Ecclesia Patres
haec tenus intellexerint, August. serm. 8. de verbis
Domini, Gregor. Moral. lib. 27. cap. 9. & Hilary
in com. in hunc locu, ut in Prompt. Cath.
in festo S. Matthiae ostendimus, ad quos etiam
accedit Chrysost. hom. 39. in Matth. unus Cal-
vinus, quia de numero talium parvulorum nec
erat, nec esse voluit, vult omnino Christum per
sapientes notare viros doctos ac magnos sine illa virtute no-
tatione, pauperes vero ignobiles ac viles personas sine illa
virtutis nota. Nempe ut locum faceret textoribus
suis, coriarijs, sartoribus, tonsoribus, & id genus
alijs

Parvulos
ac humili-
les non
fert Cal-
vinus.

alijs plebeijis planèque indoctis hominibus, qui noti Euangelij Caluiniani præcipui præcones per Galliā, hoc Belgium, & Angliam erant. Rationem adfert, quia etiam superbi ac feroce aliquando ad Apostolica munera à Deo vocantur, quod ex Pauli exemplo probat. Cæterum nec Paulus quum adhuc Saulus esset, ex mera superbia & ferocia talis erat, sed, ut ipse met profitetur, zelator paternarum traditionum, & ex ignorantia peccans, nec qualecumque illam suam ferociam factus Apostolus retinuit, sed in alium virum conuersus parvulus erat; nec denique magis contra superbos quam contra doctos hoc exemplum facit, quum Paulus in lege Moysaica ante conuerzionem doctissimus fuerit, ad pedes Gamalielis institutus, ut ipse Paulus profiteatur. Tenenda igitur veterum Patrum saluberrima expositio, & nouella rei cienda Caluini corruptio.

IN MATTHÆI CAP. 12.

26. Si Satanam ejicit, aduersum se diuinus est.

QVM hæc prima Christi responsio ad illam Phariseorum blasphemiam, quod in principe dæmoniorum dæmonia ejiciebat, locum habeat in illa dæmoniorū eiectione quæ vera & efficax est, & qua inuitus dæmon ab homine pellitur, non autem de fictitia illa cessione qua per collusionem quandam ejici se dæmones etiam aliorum dæmonum opera interdum patientur, aut fingunt potius, de qua disputat S. August. in lib 83. qq. q. 79. Caluinus fictitiā hanc & illusoriam dæmonis ejectionē Catholicæ